

deserere, quin per maris ^{a)} obsequium, quod nos de raptura pastoris offenderat, reconciliationis facte causa multipliciter blandiretur ^{b)}. Nuper enim victrices galee nostre ^{c)} galeas nostrorum rebellium Ianuensium viriliter insecute ^{d)} portum Ianue intrarunt et [in] infidelis populi facie combuxerunt vassella, sagittas intra ^{e)} menia focum ^{f)} ferentes arcubus ^{g)} proiecerunt ac deinde victricibus aquilis nostris [et] elatis a Cesareo nomine canoris vocibus iterato die in portu ipso quiete ^{h)} grandia ⁱ⁾ nullis resistentibus peregerunt. Hec preterea [felicitum] ^{k)} nova successuum, postquam predulci lectionis cibo et tue fidelitatis aures imbuerint, ad reliquos fideles nostros iurisdictionis tue, quos tecum congratulari novimus, deriventur; successiva de cetero, prout successive contigerint, tibi frequentius exponemus.

VI.

Kaiser Fr(iedrich II.) an die deutschen und italienischen Truppen (im tuszischen Patrimonium) unter dem Befehl des Vitalis von Aversa, die soeben einen Sieg über die Rebellen errungen haben; fordert sie zu weiterem erbarmungslosen Kampf auf und verspricht ihnen reiche Belohnung und Ersatz für ihre verlorenen Pferde.

(September 1243—Anfang 1247) ¹⁾.

Hs. fol. 25^b.

Fr[idericus] Dei gratia Romanorum imperator etc. militibus Theutonicis et Latinis existentibus in capitania domini Vitalis de Adversa fidelibus suis suam gratiam et bonam voluntatem.

Nuper ad audientiam nostram magnanimitatis vestre nova et gratissima pervenerunt, qualiter ex hostibus obtenta victoria, quos inique facinus rebellionis exanimat, ad honorem Cesarei nominis triumphastis ¹⁾. Hec profecto ^{m)} iustitie nostre sunt et fidei vestre preconia, quibus et infidelium conscientia lesa conteritur et fidelium manus ad gladium ferventius animatur. Numquid auderet denuntiationis causa ⁿ⁾ contrarium et tantum ceca fautorum series augeretur, quod sub ac-

a) mare *Hs.* b) blandierunt *Hs.* c) folgt et *Hs.* d) insequute *Hs.*
e) in terra *Hs.* f) locum (?) *Hs.* g) pluribus *Hs.*, vielleicht auch zu prederiis zu verbessern; vgl. *Ann. Ianuenses MG. SS. 18, 219* h) quietis *Hs.*
i) Lesung unsicher k) Lücke *Hs.* l) triumphantis *Hs.* m) pro facto *Hs.*
n) cause *Hs.*; für die Konstruktion vgl. die ähnliche Wendung *Nec auderet belli fortuna contrarium in einem anderen Aufruf Friedrichs II. an seine Truppen; Petri de Vineis epistolarum libri VI ed. J. R. Iselius 1 (1740) 314*

¹⁾ Zur Datierung oben S. 181 Nr. 33.